& reponte ab obligatione (quæ quasi mater est omnium actionum B. 10. B. 11. sive ex personam concernant, sive rem, sive factum, in quib. trib.[a] materia Juris versatur.) originem suam traxerunt.

a. l. 1. ff. de Statu hominum. & § ult. Inst. de Jure nat. gent. & civ.

In processu ordinarij judicij apud nos requiritur: Primo, ut Consul adeatur, & citatio Rei petatur. Deinde, ut Reo comparente in judicio, libellus accusatorius edatur, ad quem ille potest vel statim, vel post datas deliberandi inducias, respondere. Et tandem judex interloquitur, & Actor suam intentionem probat, & adversarij exceptiones replicando elidit, donec in causa concludatur. Et si forte post latam interlocutoriam, vel definitivam judicis sententiam, pars aliqua se gravatam sentit, poterit intra 14 dies ad superiorem judicem, deposita tamen peig pecunia, quæ loco mulctæ temerariæ provocationis, deponi solet, provocare. Quo facto, intra sex hebdomadas literas